Epistola


LEcti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Gá-la-tas.
FRAtres: Scríptum est: Quóni-am Abraham du-os fí-li-os hábu-it: unum de
ancílla, et unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est:
qui autem de líbera, per repromissi-ónem: quæ sunt per allegorí-am dicta.
Hæc enim sunt du-o testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servi-tútem
génerans: quæ est Agar: Sina enim mons est in Arábi-a, qui conjúnctus est
e-i, quæ nunc est Jerúsa-lem, et servit cum fí-li-is su-is. Illa autem, quæ
sursum est Jerúsa-lem, líbera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim:
Lætáre, sté-ri-lis, quæ non pa-ris: erúmpe, et clama, quæ non párturis:
qui-a multi fí-li-i desértæ, magis quam e-jus, quæ habet vi-rum. Nos autem,

fratres, secúndum I-sa-ac promissi-ónis fí-li-i sumus. Sed quómodo tunc is,
qui secúndum carnem natus fú-erat, persequebátur e-um, qui secúndum spí-ri-
tum: i-ta et nunc. Sed quid di-cit Scriptúra? E-jice ancíllam et fí-li-um e-jus:
non enim heres e-rit fí-li-us ancíllæ cum fí-li-o líberæ. I-taque, fratres, non
sumus ancíllæ fí-li-i, sed líberæ: qua libertáte Christus nos liberávit.